

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

43. Considerando Passionem Christi in Sacrificio Missæ expressam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

& gloriam intuens atque amplectens, non tantum non tulerit molestè adeò amaram, & per omnia exquisitissima tormenta diram mortem sui simulque Dei Filii unici, sed etiam præ ardore, altitudine, vehementia, plenitudineque Obedientiæ & Resignationis, cumque Divina Voluntate conformitatis, parata fuerit, si Deo ita ordinare placuisse, ipsa suis manibus maternis Christum Filium, & conspuere, & pedibus manibusque tundere, & ad columnam flagellis cädere, & spinis coronatum ludibrio habere, & cruce impositâ onerare, & propriis manibus crucifigere, de Cruce deponere, ac sepelire, in hostiam & holocaustum Deo.

Has Virtutes aliasque plures, MARIA, Parvula tiente exercuit Filio: ita ut in eis totam depinxerit Passionem Filii, nobisque eam, unâ secum ad imitandum proposuerit, &c.

MODUS XLIII.

QUADRAGESIMUS tertius Passionem Domini meditandi Modus esse potest; Considerando illam in Sacrosanctæ Missæ Sacrificio expressam & repræsentatam. In hunc enim præcipuè finem, Sacrum Missæ Sacrificium, atque etiam Eucharistiæ Sacramentum institutum à Christo, ex signantibus ipsis Christi verbis novimus, ut in eo & per illud recognoscimus, repræsentemus, renovemus, Sacrificium ejusdem cruentum in Cruce, cum tota ipsis Passione. Quocirca non tantum perutilis & laudabilis, sed etiam ab ipso Christo Domino institutus desideratusque modus est meditandi Passionem ejus,

sive per Sacrificium Missæ, quod Sacerdotes
cipiè faciunt, quoties Sacrum faciunt,
Sacrificio Missæ, quod omnes facere de-
quotiescumque Sacrum audiunt. In eum
hoc loco, pono perpetuam omnium eorum
in Sacro Missæ Sacrificio geruntur, cum ip-
sione, quæ gestis illis repræsentatur, collati
ut sive in ipso, dum peragitur, Sacro, sive
extra illud quolibet loco & tempore,
Christi ad Missam, Missa ad Passionem
fructuosè & devotè recoli possit.

1. Præparatio Sacerdotis in Sacrario
erificandum: commemorat & repræsen-
tationem Christi, quâ, iturus ad Pa-
lauum valedixit Sanctissimæ Matri, nec non ali-
cis, consolans illos, seque ad Passionem
gens, & ab omnibus aliis negotiis expedi-
tumque animum ad negotium Passionis
vertens.

2. Egressus Sacerdotis è Sacrario ad
Signat egressum Christi de Cœnaculo
Hortum, & Oliveti Montem.

3. Depositio, & Dispositio Calicis
Corporalis super altare, nec non Missalis:
Ruminationem illam Christi pergentis in
semani, & incipientis interea pavere, to-
contristari, mœstitiâque arctari, ac dicere.
Itis est Anima mea usque ad mortem.

4. Mora Sacerdotis aliqua ad medium
ris, inclinatioque Capitis, recessus ab altâ
descensus ad infimum gradum: signat re-
mem discipulorum, quâ Christus eos reli-
ab eis avulsus est quantum jactus lapidis,
nis facienda gratiâ.

5. Psalmus, Confessio, aliæque orationes: significant orationem Christi repetitam; prostrationem in genua, & in faciem, confortationem Angelicam, agoniam, sudoremque fanguineum.

6. Accessus ad Altare: signat occursum & processum obviam hostibus. *Surgite eamus: ecce appropinquavit, qui me tradet.*

7. Osculum Altaris: signat osculum Judæ, quod retulit ab eo Christus, eique dixit. *A- Matt. 26.59. mice ad quid venisti? Iuda, osculo filium hominis Luc. 22.48. tradis?*

8. Introitus Missæ, & signum Crucis: Significat sermonem Christi ad Judæos. *Tanquam ad Marc. 14.48. latronem existis cum gladiis, &c. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*

9. Sacerdos in medio Altari Kyrie eleison repetens: Signat Captivitatem Christi, & injurias ejus, derelictionemque ac fugam discipulorum omnium.

10. Gloria in excelsis: signat exultationem & insultationem hostium, quâ capto Christo exultârunt, sicut solent victores captâ prædâ, in Palatio Annæ & Caiphæ.

11. Osculum Altaris, & Dominus vobiscum: Signat Examen Christi de doctrina, & de discipulis, responsumque Domini, ob quod enormem alapam accepit ab uno ex ministris.

12. Epistola: Signat accusationes, falsaque testimonia, adjurations, injurias, condemnations Christi apud Caipham, ab universo Concilio.

13. Graduale & Tractus: signat blasphemias, oculorum velationem, consputationes, colaphifications

sationes, quas pertulit Dominus in eadem Cai-phæ Domo.

14. Evangelium, & osculum Missalis atque signatio: signat Confessionem Christi, quâ se Christum, Dei filium, insuperque Judicem universorum confessus est.

15. Credo: signat Petri Negationem, & conversionem, & amaras lacrymas, respiciente Petrum Domino: tum etiam: pernoctationem totam Domini, infandis injuriis plenissimam.

16. Osculum Altaris, & Dominus vobiscum; signat Matutinum Concilium Judæorum, in quo de novo Christus est Examinatus, Confessus, Damnatus.

17. Offertorium: signat deductionem Christi ab Judæis ad Pilatum: Signat etiam Judæ pœnitentiam, & abjectionem sanguineæ pecuniae,

18. Oblatio Panis & Vini super Altare: Signat interrogations Pilati, accusations Judaicas, silentium, & demum responsa Christi ad Pilatum.

19. Ablutio manuum; Signat remissionem Christi ad Herodem, Herodis exinde gaudium, Christi silentium, contemptum, & illusionem ejus ab Herode & Herodianis. Vestem albam, &c.

20. Oratio, post ablutionem manuum, in silentio; Signat Pilati cum Christo sermones, pro Christi innocentia & liberatione conatus, collationem cum Barabba latrone, homicida, scditiosa.

21. Osculum Altaris: & Orate Fratres; Signat Christi nudationem, flagellationem, coronationem, ad populum productionem, cum Ecce Homo.

22. Secre-

22. Secretæ Orationes ante Præfationem; Signat persuasionem Principum Judaicorum quâ suaserunt populo, ut peterent JESUM crucifigi, tum clamores populi varios, Tolle, Crucifige, Sanguis ejus super nos, &c. Cunctationem Pilati, EJUS uxoris denudationem.

23. Præfatio; Significat Damnum JESUM, & traditum voluntati Judæorum, ad crucifigendum, promulgationem quoque feralis sententiæ in JESUM.

24. Sanctus, Sanctus, Sanctus; Signat triumphos Judaicos de obtenta in Christum sententia, festinationem ad ejus executionem: signat verò multò magis gaudium Cordis Christi, ex decreto Patris Æterni, de salvando genere humano per suum sanguinem.

25. Oratio post Sanctus, & Cruces tres; Significant bajulationem crucis à Christo, adjuvante Simone Cyrenæo.

26. Memento vivorum, (ut vocant;) Significat sermonem Domini, seu Prophetiam ad mulieres lamentantes super ipsum: *Filiæ Jerusalēm, nolite flere super me, &c.*

27. Communicantes, Signat Perventionem Domini in montem cum Cruce, obviationem quoque cum Matre dolorosissima. Vini quoque Myrrhati, cum felle misti oblationem.

28. Manus Sacerdotis expansæ super oblatas hostias. *Hanc igitur oblationem, &c.* Signant Positionem Nudati super Crucem, & oblationem illam quam Christus tunc fecit Patri Æterno, de se ipso, finaliter se ejus voluntati ad redimendum in Cruce humanum genus resignans.

29. Va-

29. Variæ Cruces formatæ quinque
gnant affixionem Christi ad Crucem. 31
30. Consecratio tam Panis quam Vi^me de
utriusque Elevatio. Signat affixum jam 32
& elevatum cum cruce, statutumque in & cru
cum titulo : JESUS NAZARENUS RE^r
DÆORUM. veli,

31. Orationes Sacerdotis post Elevati
Hostiarum, expansæ manus & crucis sita ;
Signant JESUM in cruce pendentem jam, in matu
trones medium, multitudinis adstantis van
fectus & sensus. 4

32. Alia Oratio Sacerdotis extensis ma
Supra quæ propitio, &c. Signat Christi o
nem pro crucifixoribus. Pater ignoscere illi
nesciunt quid faciunt. mend
manu

33. Oratio Sacerdotis positis super
manibus: osculum altaris & crucis super
stias: Signant verba Christi ad Matrem &
nem, proque ambobus solitudinem,
quoque Domini, & acetum in Spongia & E
po porrectum. cru
ra sua

34. Memento mortuorum: Significat
versionem latronis: Christique super eum
ricordiam: indurationem alterius latronis.
perditionem. cante
pone

35. Sacerdos percutiens pectus, & ali
verba clariū pronuntians. Nobis quoque
Signat Orationem Christi factam ad Patrem
cruce cum lacrymis & clamore valido. nem
dem

36. Cruces variæ à Sacerdote formatae
hostias & genuflexio: signant incredibiles
finitas blasphemias, insultationes, injurias
Christo pendentibus interrogatas. occu
piaru
sepu
colle

37. Ora

37. Oratio Dominica: Signat clamorem Christi ad Patrem. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti.
38. Sacerdos frangens hostiam per medium, & cruces faciens. Signat terrae motum, obscurationem Solis, scissionem petrarum, ruptionem veli, apertione sepulchrorum.
39. Particula hostiae Sanguini & calici impo- sita; significat verbum illud Domini, Consummatum est.
40. Pax Domini sit semper; Significat commendationem, quam fecit Dominus, Spiritus sui in manus Patris.
41. Agnus Dei qui tollis, &c. Signat Christum inclinato capite exspirantem, & populos à cruce Christi revertentes, & percutientes pectora sua, ac dicentes: Vere Filius Dei erat iste.
42. Domine non sum dignus; Signat supplicantem Josephum Pilato, pro Christi corpore depонendo.
43. Sumptio Sanctissimi Sacramenti: Signat apertione lateris Christi, è quo Sanguis exivit cum aqua, loco confraktionis ossium, quæ Christo non est facta.
44. Convolutio corporalis; Signat depositio- nem Christi mortui de cruce, inunctionem ejusdem, & involutionem in syndone munda.
45. Communio, & altaris osculum: Signat occupationem Beatissimæ Matris, aliarumque piarum personarum, circa Jesum mortuum ante sepulturam.
46. Post communiones seu orationes atque collectæ ultimæ; Signant Sepulturam Jesu.

47. Oscu-

G. Dr. Bicki
oper: cruci
Tomus III
N: V
58

47. Osculum Altaris; Signat ad voluntatem
pidis ad ostium monumenti.

48. Ite Missa est, & Dominus vobis
Signat discessum amicorum à monumento Q

49. Osculum Altaris ultimum & benedictionem
super populum: Signat descensum Christi proximam
cessit.

50. Evangelium ultimum & discessus sententia
dotis ab Altari; Significat varios sermones
num de necte Christi, ejusdemque gestas in
rectione, visitatione discipulorum, missio
xundem in orbem universum. stinu-

Hunc in modum, tota Passio Missa ut ex
Missa Passionis, admensurari potest, inter etiam
celebrationem illâ meditatione recoli. Patri
sunt apud optimos Scriptores, aliae accom- repræ-
tationes Missæ, ad totam vitam Christi, autem
Passionem ipsius, quas liberum erit, me ta-
Passionis Christi meditatori sequi: enim Rex,
fortè, cui, & hæc in minutiores articulos quo p-
nem Missamque partiens Meditatio, cens
displacebit. didist
ut ov-

Illud tantummodo monitum velim
commemoratione articulorum Passionis
sit contentus: sed interim affectus etiam
erga Patientem Dominum, tum Actus
aliquarum congruarum; tum denique pri- virtut
aliqua bona & seria eliciat, prout sibi oppor- pem f-
videbitur. Nisi enim hoc fiat, nuda illa con- neam
moratio, erit quidem illa coram Christo
ria non nihil, sterilis tamen permanebat.
animam impinguabit oleo devotionis, R-
verum meditationis nomen sortiri poterat
estati-
lulcer-

V.P.